Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



117

ET POST DIES SEX ADSUMPSIT IHS PETRUM
& IACOBUM & IOHANNEM FRATREM EIUS, QUARE PETRUM
& IACOBUM & IOHANNEM FRATRES IN QUIBUS DAM EUANGELIO
LOCIS SEPARENTUR. ACCERIS, AUT QUIA PRIUILEGIUM
HABEANT & TRINE ALIOS APOSTOLOS CREBRO DICIMUS
NUNC QUERITUR QUOMODO POST DIES SEX ADSUMPSERIT EOS, & DUXERIT IN MONTEM & CELSUM SECORSUM
CUM LUCAS EUANGELISTA OCTONARIUM NUMERUM
PONAT, SED FACILIS RESPONSIO EST, QUIA HIC MEDIUM
PONUNTUR DIES IBI PRIMUS ADDITUR & TRANSFIGURATUS
NON ENIM DICITUR POST DIES VIII ADSUMENS IHS
PETRUM & IACOBUM & IOHANNEM, SED DIE OCTAUA,
& DUXIT ILLOS IN MONTEM & CELSUM SECORSUM, DUCERE
AD MONTANA DISCIPULOS, PARS REGNI EST, DUCUNTUR
SECORSUM, QUIA MULTI UOCATI PAUCI ELECTI,
& TRANSFIGURATUS EST ANTE EOS, QUALIS FUTURUS EST
TEMPORE IUDICANDI, TALIS APOSTOLIS APPARUIT.
QUOD AUTEM DICIT TRANSFIGURATUS EST ANTE EOS,
NEMO PUTET PRISTINAM EUM FORMAM & FACIEM
PERDIDISSE, VEL AMISISSE CORPORIS UERITATEM,
& ADSUMPSISSE CORPUS UEL SPIRITALE UEL AERIUM,